mensibus constitutum · a presenti secunda indictione · gu
bernationi tuę preuidimus committendum; unde neces
se est te illuc indifferenter accedere · ut diuini considerati
one iudicii · nostrae quoque ammonitionis memor et efficaciter
ac fideliter studeas exhibere · ut nullus neglectus · uel frau
dis quod absit · inueniaris sustinere periculum · magis
autem idagas · quatenus de fide & industria tua · diuinę
possis gratiae commendari; ad familiam uero eiusdem patri
monii · secundum morem precepta direximus · ut nihil sit
quod te ad peragenda ea quę tibi iniuncta sunt · in aliquo
ualeat impedire; LXXXVIII · COLONIS & FAMILIĘ ·
SIVE FVNDO IN SYRACVSANO & CATANENSI
TERRITORIO CONSTITVTIS ·

Cognoscatis quod ad sollicitudinem uos defensoris nostri disposi
tio nostra pertinere constituit; & ideo precipimus · ut ea quę
uobis pro utilitatibus ecclesiasticis preuiderit iniungenda ·
sine aliqua debeatis difficultate obedientiam; cui talem de
dimus potestatem · ut eos qui inobedientes · uel temptaue
rint contumaces existere · districta ultione corripiat;
pariterque illi demandauimus · ut mancipia quę foris la
titant · uel si a quo quam aliqui fines inuasi sunt · sollicitu
dinis suę instantia · in iura ecclesiastica reuocare non differat;
Noueritis & enim cum periculo suo fuisse commonitum · ut
nulla aliquando uiolentia rebus alienis uel raptum ·
qualibet excusatione facere presumatis; LXXXVIIII ·
GREGORIVS · CYRIDANO ·

© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscpatr69/0469